

SANCTVS SIMPERTVS AVT SVIPERTVS
Verdensis pastor.



SVipertus ille eruditione & pietate suo tempo-
re nulli secundus extitit. Itaque cum Vuilibro-
do magistro suo Germanis Saxonibus Euangeliū
prædicauit, atq; multos Christo lucratus est. Cum
itaque Carolus Magnus aliquoties Saxones præ-
lio superasset, atque Verdensem Episcopatum in-
stituisset, hunc Suipertum ob plurimas uirtutes,
anno septingentesimo octuagesimo septimo, pri-
mum eius loci præfulem constituit, atque multis
prædijs & opibus eum donauit. Vnde Suipertus
Caroli autoritate fultus, Idola destruxit, atque tē-
plum ædificauit. Cum hoc modo per aliquot an-
nos magna utilitate in eo loco præfulem egisset,

tandem ab infidelibus expulsus est. Vnde sese ad Rhenum conferens in insu-
la quadam circa Coloniā substitit, atque ibi per decennium uixit. Tan-
dem magna sanctitate cōspicius, anno 807 mortuus est.

Ano. Crantz. Huius successores ordine, pro
uirili subijcere placuit.